



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Clypevs Theologiæ Thomisticæ**

Continens Tractatus de attributis, de visione Beatifica, de scientia Dei, ac  
de ejus voluntate, & Providentia

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Parisiis, 1669**

Commisio R. A. Provincialis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77232](#)

*Commisso R. A. P. Provincialis.*

**N**os Fratres JOANNIS ANDREAS FAURE, Provinciae Tolosane Fratrum Prædicatorum humilis Vicarius Generalis & servus. Tenore præsentium, nostrique autoritate Officij, Reverendos Patres Vincentium Baton, Joannem Baptistam Maderan, Josephum Mailhot, & Antoninum Massoulié, Sacrae Theologiae Professores, nominamus & instituimus Theologorum Censores operum, quæ Reverendus Pater JOANNES BAPTISTA GONET, in Burdigalenſi Universitate Professor publicus, in lucem editurus est. Datum Tolosa die 13. Octobris anni 1658. In quorum fidem his Officij nostri sigillo munitis propria manu subscripsimus.

Fr. JOANNES ANDREAS FAURE Vicarius Generalis qui supra, Registrata folio 36.  
Fr. JACOVS VALETE Socius.

*Approbatio R. P. Vincentij Baron Sacrae Theologiae Doctoris.*

**P**refixum huic libro (quem parti voluptate & attentione evolvit) Clypei titulum, doctrinæ quam profitetur injurium, quoque authori inofficio sum, prima operis species denunciarat, videbaturque indignus luce, qui veluti propriæ infirmitatis conscius, umbram sub scuto quereret non lucem, latibulum, non theatrum. Duplex siquidem Clypei munus, veritati (quæ ortu suo tenebras discutit, fugatque errores intrepida) infensum; dum quod tegit, obscurat; arguitque latentis ignaviae quod protegit. Verum Solis est Clypeus iste, pura luce micans: scutum est innato jubare pellucidum, cujus lumine quod non lucet, absconditur: quod non acceditur, friget: si que nativæ lucis ingenitæque dignitatis testis est splendidissimus, non inscitæ lacebra, aut ignaviae munimentum. Mentem enim suam, radianti hoc circuncessus Ancili, quasi sub ipso Sole Author exposuit; nec sereniori prodire Cœlo poruit doctrina Thomistica, quam facilis nemo, nemo facilius, hæreditario coruscantem splendore, hucusque propalavit. Rutilanti hoc teatru, aut potius dæctus Clypeo, qui latere gestiebat, Adversariorum perstringit aciem, retundit spicula, solvit versutias, ridet sophismata, vanosque conatus. Nullum in eo feder Pilum; quædam defatigat & velut levia rela laxo sinu eludit: quædam discutit, & in eum qui miserat, valentiore manu respicit & retorquet. Enimvero dum explicat, quid lucidius? dum refellit, quid nervosius? quid solidius dum edocet? In aliis Scriptoribus fucata plerunque aut diminuta veritas, utpote servituti addicta aut lascivia; hic pura & plena, lascivire nescia aut servire, quæ naturæ imperat gratia subministra, quæve Angelico enata sinu, terrena ridet, docens amare cœlestia. Ceterum quæcumque docet hujus operis Author, plus habent fiducia quam cuius, splendorem illi affundunt, styli non fucatus decor, sed candor perpetuus; oratio non sollicita quæ Rhetorem sapiat, sed suens quæ Theologum, calentibus condita Patrum sententiis, quibus non verba, sed mores componat, animisque scribat non auribus, ut sanctioris discipline decet Mystam, qui eodem loco habet pigmenta, quo figura: cui mulierbe censemur ornatum, concinnitas, fractique animi index certus, cultus sermo, qui lucere docet, non vivere. Nectamen inconcussa firmat, sua deest licet dissimulata subtilitas, effectu potens quæ habitu studet latere. Quisquis ergo pro veritate gratiaque divinâ depugnat, huic armamentario indubie manum admovet, & inexpugnabili scuto circundabit te veritas ejus. Te vero quam nunc in lucem producis certior genij tui proles, audeat inculpanda accusare, quod diutius quam par erat celaveris speculum mentis tuae, ubi te omnis ætas ventura possit inspicere, unæque genuinum Theologie Thomistica sensum. Neque enim inter caliginosa exundantis undique mendacij tempora, tardiori mora subducendus erat litterarius hicce Clypeus, quem citato mandandum prælo censeo, quo se, lapide veritatis, salutisque avida polteritas, tanquam fido animi monumento circumdet; ne labente in pejus seculo, divinorum scientia, quæ summa nobis debet esse Philosophia, iners evadat Philologia, sterilique oblectamento deserviat quæ debuit esse remedium: docet ista Christianum hominem, profectum sumvitæ estimare, non gariu, tantumque sibi sacra sapientia adscribendum, quantum non cupit nec timet animus supernis inhians. Datum Parisiis 1. Martii 1659.

Fr. VINCENTIVS BARON Sacrae Theologiae Professor.

*Approbatio R. P. Ioannis Baptiste Maderan, Sacrae Theologiae Professoris,  
& Conventus Burdigalenſi Prioris.*

**C**lypeum olim Phidias mirata est antiquitas, ego hunc quem in Theologie Thomistica defensionem editum vidi & perlegi. Illum mirabilem fecit occulta partium colligatio, soli artificis nota, adeo ut disjuncta ab aliis una, tota subito solveretur structura, solusque Phidias divisas partes iterum copulareret. Ille non reconditam certe, sed evidenter Doctrinæ Thomisticae demonstrat connexionem. Tanta ingenii perspicuitate profundiora pandit Author Theologie mysteria; ut pervia ja in his studiis omnibus, sublimis licet Thomistarū doctrina, nec minus facilis quam clara. Tanta rursum perspicuitate judicii separata subiecta dogmata; ut cum variis Theologie partes solâ arte Thomistica junctum iri ostendit, nulla vi posse juncturam solvi non diffidat. In alio Phidias Clypeum iste superat: nimis nedium scutum est quod hostium tela eludat facile, sed & armamentarium amplissimum, unde sagittas promat Thomista, quas in hostes conjiciat non inani idem. Cùm igitur antiquo illo Phidiano & corrodente temporum limâ consumpto, istum Theologie Thomisticæ Clypeum laude censem dignorem, optaverim etiam in sacula famosiorem. Datum Tolosa in Conventu nostro S. Thome Aquinatis die 4. Januarij, anni 1659.

Fr. JOANNES BAPTISTA MADERAN, Ordinis Prædicatorum, Sacrae Theologie Lector.